

COMMENTARIOLUS  
Fustigatio, seu virgarum castigatio.

Admonitio.

ARTICULUS CXCIX.

Formula sententia absolutoria.

ARTICULUS CC.

Alia cautio, seu admonitio.

ARTICULUS CCI.

Verba sententia absolutoria.

ARTICULUS CCII.

Vt acta judiciaria diligenter asserventur.

ARTICULUS CCIII.

Ne quis error ab actuario committatur.

ARTICULUS CCIV.

Sportularum, sive expensarum in causis criminalibus custodibus  
debitarum modus qui esse debeat.

Duæ adducuntur causæ, quamobrem tolerabilium expensarum ratio in publicis judiciis ineunda ac constituenda; videlicet ut flagitiosi homines facilius ad justam pœnam adigantur, & ne metu expensarum justitia evanescat. Minima res as est; non assis te facio, est in proverbio contemnentium. Minimus igitur nummus as est, cum de pecuniaria re agitur numeratâ. Nam centum asses talerum imperialem, minus quintâ ejus parte, efficiunt, faciunt enim novendecim circiter batzios. Epicurus gloriabatur; se asse non toto pasci: Metrodorum, qui nondum tantum profecerat, toto. Fuisse hanc magnam parsimoniam ostendit L. Arinæus Seneca, lib. 1. Epist. 18. Non enim, ait, jucunda res est aqua, & polenta, aut frustum hordeacei panis. Liberaliora sunt aliméta carceris, sepultos ad capitale supplicium non tam angustè pascit, qui occisurus est. Alimonia carceris erat libra farris in singulos dies, Adam. Contz. lib. 8. polit. c. 14. p. 658. & laudatissimus Imp. Carolus V. hîc sancit, ut accusator nequaquam obstructus sit pro accusati victu, & custodiæ pretio ultra septem nummulos cruciatos in singulos dies solvere, quod hodie nondum esse mutatum, nec accusatorem ad plura teneri respondit celeberrima Facultas Juridica Marpurgensis, die 26. Febr. Anno 1617. Sed hodiernis temporibus in tantâ annonæ caritate plus erogari debere, quis nō videt? inquit Zieritz. hîc, verb. septem, & verb. carnifici, ejusq; ministris, statuit, malè ex l. Divus, ff. de bon. damn. colligi, quod pro quolibet supplicio capitali debeant quinque aurei solvi. Ubi carceratus est infirmus, adeò, ut leviori carcere indigeat, custodia adhiberi debet ipsius sumptibus, cum id fiat pro ejus salute, præsertim si dives est, & semetipsum alimentare potest. Vide Barr. in l. illicitas, §. non potentiores, ff. de offic. præf. Par. de Put. in tract. Synd. vers. carcer. c. an carcerarius teneatur, Bajard. ad Clar. q. 46. n. 10. Boër. decis. 303. num. 1. & decis. 325. Coler. part. 2. decis. 281.